

GOSPEL: JOHN 6. 1-15

implēti sunt, dixit discipulis suis: Colligite quæ superaverunt fragmenta, ne pereant. Collegerunt ergo, et impleverunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis, quæ superfuērunt his qui manducaverant. Illi ergo homines cum vidissent quod Jesus fecerat signum, dicebant: Quia hic est vere Propheta, qui venturus est in mundum. Jesus ergo, cum cognovisset quia venturi essent ut raperent eum et facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus. CREDO

as they would. And when they were filled, He said to His disciples: Gather up the fragments that remain, lest they be lost. They gathered up therefore, and filled twelve baskets with the fragments of the five barley loaves which remained over and above to them that had eaten. Now those men, when they had seen what a miracle Jesus had done, said: This is of a truth the prophet that is to come into the world. Jesus therefore when He knew that they would come to take Him by force and make Him king, fled again into the mountain, Himself alone. CREED

PREFACE FOR LENT

OFFERTORY: PS. 134. 3, 6

Laudate Dōminum, quia benignus est: psallite nōmini eius, quōniam suavis est: omnia quaecūque voluit, fecit in cælo et in terra.

Praise ye the Lord, for He is good: sing ye to His name, for He is sweet: whatsoever He pleased, He hath done in heaven and in earth.

SECRET

Sacrificiis præsēntibus, Dōmine, quæsumus, intēde placatus: ut et devotiōni nostræ proficiant et salūti. Per Dōminum.

Look down mercifully upon These sacrifices, we beseech Thee, O Lord, that they may increase our devotion and effect our salvation. Through our Lord.

COMMUNION: PS. 121. 3-4

Jerusalem, quæ ædificatur ut civitas, cujus participatio ejus in idipsum: illuc enim ascēderunt tribus, tribus Dōmini, ad confitendum nōmini tuo, Dōmine.

Jerusalem, which is built as a city, which is compact together: for thither did the tribes go up, the tribes of the Lord, to praise Thy name, O Lord.

POSTCOMMUNION

Da nobis, quæsumus, misericors Deus: ut sancta tua, quibus incessanter explēmur, sinceris tractemus obsēquiis, et fideli semper mente sumāmus. Per Dōminum.

Grant us, we beseech Thee, O merciful God, ever to celebrate with sincere worship and receive with faithful hearts Thy holy mysteries, of which we continually partake. Through our Lord.

Proper Prayers of the Mass
Fourth Sunday of Lent
Provided Courtesy of Una Voce Orange County



The multiplication of the loaves, a type of the Christian Passover.

INTROIT: IS. 66. 10-11

LÆTARE, Jerusaleme: et conventum facite, omnes qui diligitis eam: gaudete cum lætitia, qui in tristitia fuistis: ut exultetis, et satiēmini ab uberribus consolatiōnis vestræ. Ps. 121. 2. Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Dōmini ibimus. V. Glōria Patri.

REJOICE O Jerusalem: and come together all you that love her: rejoice with joy, you that have been in sorrow: that you may exult, and be filled from the breasts of your consolation. Ps. I rejoiced at the things that were said to me: we shall go into the house of the Lord. V. Glory be to the Father

COLLECT

Concede, quæsumus, omnipotens Deus: ut qui ex merito nostræ actiōnis affligimur, tuæ gratiæ consolatiōne respirēmus. Per Dōminum.

Grant, we beseech Thee, almighty God, that we, who for our evil deeds justly deserve to be punished, by the comfort of Thy grace may mercifully be relieved. Through our Lord.